deſtricto iure illa opinio bar. nõ ꝓce
dit. Franc. tñ de are. illá opinionẽ fuit
ſecut⁹. ſed nõ. Accur. hec pa. vbi. ſ. vi
de ẽt eũdẽ pa. in c. i. de pẽis vbi dicit
de mẽte bar. i. l. ſi cui. in fi. ff. de accu.
ꝙ ſi qs cõmiſit plura dlicta i vno loco
⁊ i h̃ territorio aliud: vel illud reitera
uit: nõ p̃t hic puniri ꝓ delictis alibi cõ
miſſis: niſi alia rõe hic ſortiat̃ forũ. ſꝫ
pena bene p̃t aggrauari ex delictis ali
bi comiſſis. Exẽplũ in fure q cõmiſit
diuerſa ⁊ varia furta i vno territorio
nũc in alio territorio cõmittit vnũ fur
tũ: tũc qꝛ habito reſpectu ad alia p̃t di
ci famoſus latro: poterit ſuſpẽdi vbi cõ
miſit tm̃ vnũ furtũ: tanq̃ꝫ famoſus la
tro. l. capitaliũ. §. famoſuſ. ff. d pe. lꝫ di
recte ñ poſſit ibi puniri ꝓ delictis ali
bi cõmiſſis. Nõ ſm directoriũ li. ij. tit.
xlij. ꝙ ad vſucapionẽ q̃ttuor reqrunt̃.
Primo ꝙ res nõ ſit vitioſa: nec furti
ua ⁊ hmõi. nec lib hõ: nec res ſacra:
vel religioſa pñt vſu capi: nec decima
nec p̃ſcribi. Itẽ nec ſuus fugitiu⁹ vt in
ff. d vſuca. §. ſꝫ aliqñ. ⁊ ſe. Itẽ nec via
publica: nec aq̃ duct⁹. ff. de vſuca. l. vſu
capionẽ. C. de aquaduc. l. diligẽter. li.
xi. ff. de via pu. l. viá publicá. Scdo re
qrit̃ ꝙ ille q vſucapit hẽat boná fidẽ
i. ꝙ credat vẽditorẽ eſſe dñꝫ: vel hẽre
ius diſtrahẽdi. ff. de ver. ſi. l. bõe fidei.
Nõ. tñ ꝙ ignorãtia iuris ñ excuſat: vt
qs ſit bone fidei. ff. de vſuca. l. nũq̃ꝫ. Et
reqrit̃ fides bona ⁊ ꝯtinua i p̃ncipio:
medio: ⁊ fine Als q̃cq̃d dicát doc. vſu
capio nõ ꝓcedit: vt p̃ſcriptio. Tertio
reqrit̃: ꝙ res tradat̃: vl̃ q̃ſi: qꝛ poſſeſſio
ñ acqrit̃ ſine traditõe: vl̃ q̃ſi. C. d pac.
l. traditõib⁹. Quarto reqrit̃ iuſt⁹ titul⁹
ver⁹ ñ putatiu⁹: nec falſo. C. d vſuca. ꝓ
hr̃de. l. fi. Et no. ꝙ i vſucapiõe reqrit̃
tp̃s triũ ánoꝝ. Que q̃dẽ fuit itroducta
pro bono publico: ne dñia reꝝ ſint in
certa. ff. d vſuca. l. i. Et oía q̃ pñt p̃ſcri
bi poſſunt ⁊ vſucapi: niſi qꝛ i reb⁹ mo
bilib⁹ ẽ vſucapio: p̃ſcriptio i imobilib⁹
p̃ſcriptõ át retinꝫ nomẽ ſuũ gñale: vſu
capio át tráſit i nomẽ ſpãle: qd vocat̃
vſucapio. Silr̃ hẽs. ſ. adoptio. in p̃n.



Quid ſi quis furet̃ xp̃anos detẽtos 24
a paganis: vt eos liberet. R̃. ſm Rai. ⁊
Ho. ſi eſt tẽpus guerre: in nullo tenet̃
xxiij. q. ij. dñs. Si vero eſt tp̃s treuge:
tenetur ipſi pagano reſtituere: nõ ho
minẽ ꝑꝑ periculũ anime: ſed eſtimatõ
ne. Silr̃ tñr de alijs ablatis. vt. xxiij.
q. i. noli. Tñ h̃ caſu dicit Rai. ip̃m fu
rantem nullo modo peccaſſe q̃tuꝫ ad
hoiem quẽ furatus eſt: ſi rectam hũit
intentionẽ: dũmõ als ſatiſfaciat. Qui
dam tñ dicũt: ꝙ ẽt ad nullá ſatiſfactõ
nem tenetur: qñ pagan⁹ xp̃ianum in
iuſte detinebat: qd eſt regulare. vt in
ſũica. C. ne xp̃i. mã. her̃. vel pa. vel iu.
ha. vel poſ. ⁊ in. l. vna ibi poſita. Si tñ
pagani ꝯpellerẽt eũ ad circũciſionem
vel idolatriã: vel aliqd mortale pecca
tum tũc ille penitus liber factus eſt ⁊
ſic furans eum non peccat.
Nunq̃d xp̃iano q detinet̃ a ſarrace 25
no. liceat furari ei. R̃. ſm Hoſt. ſi iſte.
xp̃ian⁹. duꝫ eſſet treuga: frangeret eá:
⁊ ſic erat i culpa: ⁊ fuit capt⁹: nec ei i
minet ꝑiculũ neceſſitatis nõ lꝫ furari.
Sed tenetur ad reſtitutionẽ. naꝫ talis
iuſte detinebat̃. Si aũt iniuſte detine
batur: vt qꝛ tẽpore belli captus eſt: vel
immineat neceſſitas: non tenetur ad
reſtitutionem.

GLoria vana. Utrum appetitus in
anis glorie ſit peccatum mortale.
R̃. ſm tho. ſecũda. ſecũde. q. cxlij. po
teſt eſſe mortale dupliciter. Primo ra
tione materie cum quis gloriatur de
aliquo falſo: quod cõtrariatur diuine
reuerẽtie: vel cũ qs bonũ tp̃ale. d quo
gloriatur. p̃fert deo. ſeu cum qs p̃fert
teſtimoniuꝫ hoium teſtimonio dei vꝫ
cuꝫ qs verecũdat̃ ꝯfiteri: ſeu ſequi qd
deus ꝑ ſacrã ſcripturã docet: ꝑꝑ ꝯ̃traꝫ
hoium opionem. ꝯ̃ quos dr̃. qui me
erubuerit ⁊c. Scdo mõ ex ꝑte ipſius
gloriãtis q intẽtionẽ ſuã refert ad glo
riam: tãq̃ꝫ ad vltimũ finem ad quem
ordinat etiá virtutis opera ⁊ pro quo
non pretermittit etiam que ſunt cõtra
deum. his ergo Modis eſt mortale
Aliter non.

GRatia. Nunquid gr̃a per ſũmum
pontificẽ facta expiret per eius mortem
ẽt re integra dic ꝙ aut gratia ē facta
ꝛ pfecte cõceſſa p romanũ põtificem.
ꝛ tũc nõ expirat per eius mortem: ſꝫ exe
cutio dicte gr̃e nõdum fuerit cõplecte
facta. Aut gr̃a nondũ ē facta. ſꝫ faciẽ
da. ꝛ tũc expirat p eius mortẽ re inte
gra. Et de pmo mẽbro caſus ē ſingula
ris. in. c. ſi ſup ꝺ of. dele. li. vi. De ſcðo
ē tex. clar⁹ i. c. ſi cui. ꝺ pbẽ. li. vi. Et ibi
de h̃ ē gl. ſingularis. q̃ ꝯcordat pdcõs
duos tex. q videntur cõtrarij.

1 Additio. Et p predicta ſoluitur
qõ q̃tidiana quã põit
Fede. ꝯſilio. lxxviij. Papa concesſit
pori fratrũ pdicatorũ auctoritatem, di
ſpenſandi cũ fratrib⁹ dicti ordinis nõ
litie nat] ꝙ poſſint ad p̃lationẽ aſſumi
Poſt hec magiſter diſpẽſauit cũ vno
fratre ex auctoritate ſibi ꝯmiſſa p ipa
pã ꝙ poſſit eſſe por. Sꝫ re integra an̄
q̃ iſte frater cũ quo magiſter diſpẽſa
uit eligeret i priorẽ: mortui ſunt papa
ꝛ magr̃ ordis. Poſt hec iſte frater eli
git in porẽ. Nõ q̃rit̃ vtrũ iſta diſpen
ſatio facta p magiſtrũ adhuc duret an
expiret p mortẽ pape ꝛ magr̃i re inte
gra. Fed. dicit circa hoc duo eſſe viden
da. Prio: an p mortẽ pape viuẽte ma
giſtro diſpẽſatiõe nondũ facta expiret
ptãs ꝯceſſa p papã magr̃o. Et dicẽdũ
eſt idubitãter ꝙ nõ q: gr̃a ſemel ꝯceſſa
puta p papã in pſonã mgr̃i p mortẽ
pape nõ expirat. De hoc ē caſus in. d.
c. ſi cui. ꝛ. d. c. ſi ſup. Scðo reſtat vide
re: an p mortẽ mgr̃i expiret diſpẽſatio
ẽt an̄q̃ iſte cũ quo diſpenſatũ eſt vtat̃
iſta. Et indubitãter dicẽdũ ꝙ nõ rõni
bus. s̃. poſitis. Et q: diſpenſatio ſemel
canonice facta ex ſupueniẽti facto nõ
rectractat̃. Caſus eſt ꝺ fi. pſby. c. ex tua
Et ibi. d. an. querit an ꝯceſſa gñaliter
ptãte diſpẽſandi cũ filijs ſacerdotũ: ſi
ꝯtingat diſpẽſaſſe quo ad vnũ an quo
ad alios expirat ptãs morte cõcedẽtis
an p diſpẽſationẽ quo ad vnũ ſit ppe
tuata. Spe. in ti. de le. §. videdũ dicit
ſe obtinuiſſe: ꝙ nõ eſt ppetuata. Dictũ
iſtud pcedere põt ſm Joan. ꝙ p viã
ꝯmiſſiõis nõ p viã gr̃e facte diſpẽſare
dñti emanauit lr̃a p viã ꝯmiſſionis ꝛ
maxie cũ i certis vt ſepe fit: quo caſu
pmo cũ gr̃a eſſet pfecta nõ expiraret p
mortẽ ꝯcedẽtis vt clare pꝫ. d. c. ſi cui.
Et adhuc qñ p viã ꝯmiſſiõis poſſꝫ ſb
diſtingui: an is cui facta ē ꝯmiſſio fe
cerit actũ cõeꝫ omni diſpenſationi: ꝛ
durat ptãs: an ſoliũ ſpãlẽ quo ad diſpẽ
ſationẽ iã factã ꝛ pcedat dictũ Specu.
Predicta patẽt ex his q̃ notant̃ de of.
dele. c. ſꝫ Et iſta ē optĩa diſtictio q̃ de
clarat pcedẽtia. Nã qñ fcã ē p viã gr̃e:
tũc iuriſditio eſt ppetuata: ſꝫ executio
nõdũ ſit facta. Qñ aũt eſt p viã ꝯmiſ
ſiõis: ꝛ tũc aut is cui facta ē ꝯmiſſio fe
cit actũ cõem oi diſpẽſatiõi: vtputa:
emiſit edictũ cõe vel ſile: ꝛ durat pote
ſtas. al's ſecus. Finis.
¶ Quid de illo q pp numeꝝ filiorum 2
data ſibi fuit imunitas: ſꝫ poſtea aliq
de numero illo pierint nũqd durabit
imunitas. R. Jo. an. in regula decet. ꝺ
re. iu. in. vi. i mercu. dicit ꝙ p multos
doc. ſolẽnes in fcõ fuit ꝯſultuꝫ: ꝙ du
ret talis imunitas.
¶ Gr̃a nõ reuocat̃: qñ ius ē alteri que 3
ſitum: ꝛ ſic itelligit̃ regula. mutare de
reg. iu. in. vi.

GUla vtrũ ſit peccatũ mortale. R.
ſm Tho. ſcða ſcðe. q. cxlviij. ꝙ ſi
delectationi gule inhereat hõ tanq̃ fi
ni: pp quã deũ ꝯtẽnit: paratus ꝯ pcep
ta dei agere: vt delectatiões huiuſmõi
aſſequat̃: ſic ē peccatũ mortale. Si vo
in gula ſit ordinatio ſꝫ ea q̃ ſunt ad fi
nẽ: vt pote. q: nimis concupiſcit dele
ctatões ciboꝝ: ſꝫ pp hoc nõ faceret ali
qd ꝯ legem dei: ſic eſt veniale.
¶ Que ſunt ſpẽs gule. R. Gre. ſcðo li. 1
moraliũ ponit qnq̃ ſpẽs: q̃ notantur
in hoc. v. Prope: laute: nimis: arden
ter: ſtudioſe. ꝺ ꝯſe. di. v. qnq̃ modis.

HEreditas. Quid ē hereditas. bar.
in Rubrica ꝺ acq. he. dicit ꝙ here
ditas nihil aliđ ē: q̃ ſucceſſio i vniuer
ſuꝫ ius: qđ defunct⁹ hũit. vt. l. nihil. ꝺ
v. ſi. Et iſto mõ ſũpta ē de iure ciuili

romanoꝝ tm̄.d.l.i.§.ius grtiū.ꝛ nulli⁹
alteri⁹ gētis.Et h̄ appet: q: deportati
q nō ſūt capaces eoꝝ:q̄ ſunt iuris ciui
lis:n̄ ſūt capaces hr̄ditatis.vt.l.i.C. de
here.inſti.Et ex h̄ infert:ꝙ in foro con
ſcie hēs nō tn̄r ad debita vltra vires
hereditatis:q: in foro conſcientie non
ſumitur heredtas iſto modo quo ſumi
tur de iure ciuili: ſed capitur prout eſt
de iure gentium.quia heres nō ſucce
debat in vniuerſū ius defūcti : ſ;capie
bat bona tāq̄ bona vacātia ꝛ iō non
tn̄r:niſi q̄ten⁹ patiūt facultates hr̄dita
tis. Et ſm Bar.in.l.gerit.ď acq.he.p⁹
gl.ibi ſingularē dicit :ꝙ ad eundā hē
ditatē ſufficit aius q̄litercūq̄ declara-
tus qd̄cūq̄ fit illud: ſiue ſcm̄:ſiue non
ſcm̄:ſiue dcm̄.ſiue ſcriptū. Et diudit
iſta hr̄ditas in.xij.ptes.q̄ appellantur.
xij.vncie.Et hn̄t iſta noia. Sextans.i.
ſexta ps hr̄ditatis.ſ.due vncie. Qua-
drās.i.q̄rta ps.ſ.tres vncie. Triens.i.
tertia ps.ſ.q̄ttuor vncie.Quiqnūs.i.qn
q̄ vncie.Semis.i.medietas hr̄ditatis
ſcz ſex vncie. Septuns.i.ſeptez vncie.
Bes.i.octo.ūcie.Bodrās.i.nonē ūcie
Dextās.i.decē ūcie.Deūs.i.vndeci vn
cie.As.qď ſigt pōdus.xij.ūciaꝝ. lz ali
qn̄.As.aſis.ponat ꝑ obolo.vn̄ ꝟ.As
obolus:pōdus.As eſt poſſeſſio tota.
Hec ꝓbant inſti.de here.inſti.

1 ¶ Bōa defunctoꝝ ad hr̄des deuolūt
ēt illoꝝ q dānati fuerunt.C.de bo. dā.
auten.bōa.ꝛ ibi pz ꝙ h̄ eſt verū q̄ ad
aſcēdētes ꝛ deſcendētes. Ex latere ꝟo
vſq̄ ad tertiū gradū. In quattuor tn̄
caſibus filij excludūtur ab' hereditate
patris:quos hēs.ſ̄.filius.§.x.

2 ¶ Quatuordeci ſūt cāe qb⁹ pr̄:vl mr̄
au⁹ vl auia:filios ꝛ nepotes exhr̄dare
pn̄t. Pria ē:ſi fili⁹ manus inſecerit in
pr̄ez.Scda ſi grauē iniuriā ei fecerit ꝛ
ↄtumeliā.Tertia ſi pr̄ez accuſauit i cri
minalib⁹ cāis:p̄terq̄ de crie leſe maie
ſtatis:vl ď offēſa ↄ cōitatē ſue ciuitatis
ſcā:vl ď hr̄ſi.Quarta ſi fili⁹ malefic⁹
cū maleficis ↄuerſat.Quita ſi fili⁹ ma
chinet vl inſidiet in necē pr̄is. Sexta
ſi filius calūnioſe litē mouerit pr̄i: a
qua ſi pr̄ defeceri:oz eū damna grauia
ſūſtinē.ſeptia ſi filius rogat⁹ a pr̄e ob
debitū i carcere detruſo.vt fideiubeat
ꝑ eo:ſi vult fideiubē:i illo ꝑ q̄ credito
res ei⁹ fideiuſorē recipe volūt.Qď tm̄
in filijs maſculis locū hz.nā femie ipe
diūt fideiubere.ff.ad vell.l.i.ij.Octa-
ua ſi fili⁹ ꝓhibuerit pr̄ez teſtari.Nona
ſi fili⁹ fit ioculator p̄ter volūtatē pr̄is:
niſi pr̄ eandē hūerit ꝓfeſſionē. Decia
ſi filia nō ↄſenſerit pr̄i volēti eā hōeſte
maritare.ꝛ dotare ſ̄z vires pr̄imōij:ſz
poti⁹ vult luxurari.Undecia ſi fili⁹ mi
ſceatūr cū ſua nouerca:aut ↄcubia pr̄i
ſui.Duodecia ſi parētib⁹ furioſis debi
tā curā nō ipenderit. Et h̄ obtinet nō
ſolū in filijs:ſz ēt in qbuſcūq̄ alijs : q
pn̄t ab inteſtato ſuccedere : vel ēt q in
teſtō ſunt hr̄des inſtituti:q: p̄dicti nō
ſolū pn̄t exheredari. ſz ēt a quocunq̄
extraneo in ſcriptis admoneri.vt eū ꝓ
curare feſtinent.Si autē poſt hmōi at
teſtationē neglexerint.ꝛ extrane⁹ i ſua
domo furioſū ſuſceptū. ſumptibus ſu
is vſq̄ in finem vite ſue ꝓcurauerit.
eius dz habere ſucceſſionē. euacuata
inſtitutōe ipſoꝝ.q curā neglixerūt. ita
tn̄. vt cetera teſtamēti capitula. in ſua
maneāt infirmitate.vt in autē. vt cū ď
appella.co.§.cauſas.vbi etiā gl. dicit.
Quid ſi non faciat teſtamentū. nec a
liqs extraneus eū procurauit .R. ꝙ in
hoc caſu eis denegetur hereditas ex
ſuo delicto.Et in hoc videtur inclinari
glo.Decimatertia ſi parentē de carce
re educere neglexerit.Intelligo de cap
tiuitate: ſiue fuerit in carcere. ſiue non
Decimaquarta ſi pater ſit catholicus.
ꝛ filius hereticus.Hec oēs cauſe ha-
bentur in .d.§.cās. Sunt tn̄ tres alie
cauſe. pp quas pater ēt pōt exhereda-
re filium. Prima ſi non exheredetur
malo animo. Sed vt ſe accurati⁹ det
virtutibus vel creditorib⁹ ſatiſfaciat.
l.multi.ff.ď li.ꝛ po.ꝛ ibi Bar.illā legē
ſūmando dicit ꝙ exheredatio fit qn̄
q̄ pp bonū.ꝛ in.l. cūex filio. ď vl.ꝛ
pu.dicit ꝙ dicta lex.multi.nō eſt cor-
recta. Secūda. ſi filius tpe teſtamenti

redetur: iſta erit exheredatio ſm Bar. in.l.ſiqñ .C.de inoffi teſ. vbi querit. Quid ſi pater nõ inſtituit filiũ: idõ qꝛ fi li⁹ dixit qđ nolebat iſtitui: an poſſit fi li⁹ rũpere teſtamẽtũ. Dicit ꝙ aut pr̃ ta lé filiũ ꝑterijt vel exheredauit. nulla cã̃ inſerta: ⁊ tũc teſtm̃ eſt nullum. nec po tuit filius ſua volũtate iſtã ſolẽnitatẽ omittere. vt.l.paul⁹.§.ꝑroni.ff. de bo. li. Si ṽo fuit exheredatus adiecta cã̃. qꝛ voluit exheredari: tunc ſi cã̃ eſt ṽa putat Bar. ꝙ teſtm̃ valeat. nec ob.d. §.cãs. qꝛ loqtur de exheredatiõe q̃ fit eo nolente. Poſſet tñ apparere ꝙ licet filius illa ṽba dixerit: tñ noluit exhe redari: vt puta ſi hoc dixit ꝑꝑ dolorẽ mortis patris: dicens. Poſtq̃ꝫ tu de cedis: nolo aliqđ: vel alia rõne turba tus. ar. de re.iu. qcqđ calore quã ratio nem fige mẽti. qꝛ occurrit đ facto hec Bar. tertia cã̃ ẽ ſi fili⁹ ſit furioſ⁹. nepoſ ṽo ex eo ſan⁹.mẽtis poterit exheredari. mõ iſtituat nepos.l.pe.ff.đ.cu.fu.

3 ¶ Cãe aũt ꝑꝑ q̃s filij ⁊ nepotes paren tes auũ. ⁊ auiã exhr̃dare pñt ſũt octo. Pría ſi pr̃ filiũ đ críe accuſauit: ꝓter q̃ꝫ đ críe leſe maieſtatis. Scđa ſi pr̃ vi te filij ꝑ venenũ. vl̃ alr̃ iſidiat⁹ fuerit. Tertia ſi pr̃ vxori vl̃ ꝯcubie filij ſe im miſcuerit. Quarta ſi pr̃ ꝓhibuerit fili ũ teſtari. đ his đ qb⁹ poterat teſtari. Quita ſi pr̃ ñ rdemerit filiũ captũ a ſarracẽis ſbueniẽdo ſibi. qꝛ tũc ſi fili⁹ ĩ captiuitate đcedat. bõa đ qb⁹ ipe po terat teſtari. dñt eẽ eccl̃ie. vl̃ dari ꝓ ca ptiuoꝝ rdẽptõe. ſi ṽo redeat. rite pr̃em exhr̃dare p̃t. Sexta ſi pr̃ neglexit curã filij furioſi. vid đ h̃.ĩ.doſ. Septia ſi pr̃ ſit hr̃tic⁹ ⁊ fili⁹ catholic⁹. Octaua ſi pr̃ vxori filij đderit venenũ ad mortẽ vl̃ mẽt] alieatiõné. vl̃ alr̃ iſidiat⁹ fuerit vi te ei⁹. ⁊ eodẽ mõ ſi mr̃ marito filie. hec oia ꝓbãt i.d.§.cãs. ⁊.§.ſiue igit oẽs. ⁊ oẽs iſte cãe ingr̃titudis tollũt ꝑ igreſſuꝫ religiõis. xix.q.vlti.nõ liceat.

4 ¶ Cãe ꝑꝑ q̃s frater fratrẽ exheredar̃ põt. ſũt tres. Pría ſi mortẽ voluit fr̃i inferre. Scđa ſi frẽm crialiter accuſa uit. Tertia ſi i ſubſtãtia molit⁹ fuerit ia cturã. vt i.auc.đ nup.§.igratitudinẽ. ⁊ no. ꝙ fratrũ duplex ẽ differẽtia. Qui dã.n.ſũt vterini. q̃ñ ex eodẽ vtero na ti: ⁊ nõ ex eodẽ pr̃e. ⁊ iſti nõ hñt q̃relã inofficioſi teſtamẽti ꝯ fratrẽ ẽt ſi per ſona turpis eẽt iſtituta. Quidã ſũt cõ ſanguinei q ex eodẽ pr̃e. ſꝫ mr̃e eadẽ vel nõ vt iſti. đ le.agna.ſuc. Et iſti fra tres hñt q̃relã ꝯ teſtm̃ fr̃is turpẽ per ſonã iſtituẽt]. niſi ꝑuũ neceſſariũ iſtitu at. q̃rela ṽo nlli alij ex trãſuerſalib⁹ cõ petit. vt.l.fr̃es.C.đ ioſ.te. ⁊ ibi Bar.

Additio. Quid aũt ſi fr̃ inſtituit ſpuriũ. nũqđ ali⁹ fr̃ hẽ 5
bit q̃relã ꝯ teſtm̃ fr̃is. Re. Azo. in ſũ .C. ex q̃b⁹ cãis. i.itro. i pe.col. dic̃ ꝙ ſpuri⁹ ſiue nat⁹ đ nõ lḡio mr̃imõio dicũt in fames. ⁊ ꝑ ꝯñs dicunt̃ turpes pſõe. er go ⁊c. idẽ dic de vſurario q dicat̃ infa mis. vt habet̃ vſura.i.§.liij. Finis.

¶ Quid aũt ſi fr̃ inſtituit aliquã turpẽ 6 ꝑſonã. ⁊ aliquã nõ turpẽ. Guil. de cu. put recitat Bart.i.d.l.fr̃es. dicit ꝙ ꝯ illã turpẽ ꝑſonã ꝯpetit q̃rela ⁊ ꝓ ſua ꝑ te reſcidet̃. no. ẽt gl.i.d.§.igratitudinẽ ꝙ frater põt exheredare fratrẽ i teſtõ ⁊ turpẽ ꝑſonã iſtituere ſi i aliq̃ ꝑdicto rũ triũ caſuũ eũ iuenerit igratũ. Silr̃ dici põt ꝙ ſi frater exheredat⁹. vel pre terit⁹ eẽt iſamis vel turpis ꝑſona nõ poſſꝫ opponẽ ꝯ ꝑſonã ẽt iſamẽ iſtitu ta. vt pꝫ ꝑ Bart.i.l.i.arẽa.C. đ ioff.te. vbi dic̃ ꝑ illã legẽ ꝙ aliqs ñ p̃t obijcẽ turpitudinẽ i q̃ꝫ ipe icurrit obijciẽs. ⁊ h̃ facit ꝙ ſi aliqs ẽ iſamis ñ poſſit op ponẽ teſti ꝙ ſit iſamis vt.l.iij.§. lege iulia.ff.de teſti. ſꝫ iudex forte poterit eũ repellẽ ex ſuo offõ ꝑꝫ guil. ⁊ ſic facit ꝙ ſi mater fuerit meretrix. ꝑꝑ meretri cium nõ poterit filiã exheredare. qđ ẽ ſingulare ſm bar. ibi.

¶ Quid aũt ſi ẽt ipe pr̃ luxuriet. dici 7 põt ꝙ nõ ẽ idẽ qđ in matre: qꝛ minor caſtitas requiritur in maſculo.l.i.C.de adult. not. etiam ſingulare dictũ Bar. in.l. ſiquis ita de adi.le. ꝙ ſi pater ex heredauit filium ex iuſta cauſa ſi poſt reconciliauit ſe cum illo: illa exhere datio videtur adempta. vide ẽt alex.

de imol.i.l.dotis cā.ff. ſo.ma. q ex ibi
notatis īfert duo. Prio ꝙ fili⁹ q igra
titudinē ꝯmiſit adeo ꝙ exher̄dari poſ
ſit:ñ p̄ñtiā viuo pr̄e agat vel añ codi
cil teſtm̄ nō poterit exheredari. Scd̄o
ꝙ neqꝫ ſibi alimēta poterūt denegari
no. ēt ꝙ exhr̄datio filioꝝ a p̄entib⁹ vl̄
eꝰ nō tz niſi aliq̄ cā de p̄dictis noiatis
exp̄mat i teſtō hr̄s aūt tñr ꝓbare. Qñ
aūt fr̄ exheredat fr̄ez nō oz de ncītate
vt inferatur cā exheredationis vt vo
luit bar.in.d.l.fratres.

8 ¶ Queritur an filia icurrat viciū igra
titudis vt,poſſit exheredari ſi ꝯxit ſine
volūtate pr̄is. R̄. Hoſ. dicit ꝙ ſic ho.tñ
hoc nō approbat niſi filia eligeret tur
pē vitā. hoc vltimū dcm̄ cōiter appro
batur.ar.de ſecūdis nup.c.pe. ⁊ vl. ex
quo eni filia vtitur ꝑmiſſiōe canonica
nō dz viciū icurrere ingratitudinis.

9 ¶ Sz nūqd pr̄ teneat̄ filiā dotare. ex
q̄ ꝯxit mr̄imoniū ſine ſuo cōſenſu. R̄.
pa.i.c.tua.de deſpō.ipu.dicit ꝙ aut fi
lia ꝯxit añ.xxv.ānū. ⁊ tūc ē dubiū. an
pr̄ teneat' dotar̄:tñ credit ꝙ ſic qm̄ pr̄
tñr alere filiā.nec ex ꝯctu illi⁹ mr̄imo
nij p̄t ſibi denegare alimēta cū in iſtis
ſp̄ūalib⁹ filia nō ſit i ptāte pr̄na.de iu
di.ſi ānū.li.vi. Forti⁹ ḡ tñr dotare q2
cā dotis eſt fauorabilior cā alimētorū
vt no.ci.i.l.nō oi.C.de admi.tu. ⁊ h̄,in
tellige qñ nupſit ꝓmittēdo dotē De h̄
s̄.adulteriū.vide ēt eūdē Pa.in.c.gn
tauali.de iureiu.vbi addit notabile di
ctū.ſpe.titulo.q.ſi.ſint le.ꝙ ſi filia vult
penitere de pcō:q̄ luxurie erat dedita
pr̄ dz eā alere. ⁊ p̄ ꝯñs dico ꝙ tñr eaz
dotare q2 cā dotis ꝯcī ⁊ dicit io. an. ꝙ
in oib⁹ caſib⁹ i qb⁹ pr̄ p̄t filiū exhere
dare forti⁹ pōt alimēta denegare Idē
tz Bar.in.l.diu⁹.ff.ad.l.pō.de pari. vi
de ēt Pa.in.c.accedēs de ꝓcu. vbi di
cit ꝙ qñ filia nupſit ſine dote tñr ma
rit⁹ eā alere de ſuo honorifice.vt i auc.
qui mo.na.eff.le.§.qm̄ aūt.nec p̄ hoc
filia excluditur a bonis pr̄nis ſed poſt
mortē pr̄is dz ſuccedere ⁊ hr̄e ad mi
nus legitimā ſuā ⁊ putat pa. ꝙ ſi ſtatu
to cauetur:ꝙ filia dotata ñ ſuccedat cū
maſculis nō hz locū in hac muliere.q̄
nupſit ſine dote inuito patre.

**Additio.** Sz p̄ clara ⁊ plēa dcl'io
ſiōe hui⁹ materie vide
q̄ no.pa.i q̄dā ꝯſilio icipiente ieſu xp̄i
ſaluatoris.vbi ꝯcludit ꝙ aut dicta filia
nupſit' poſt annū.xxv. ⁊ nulla igratitu
dine ēt de iur̄ ciuili notari p̄t.vt i auc.
⁊ ſi poſt.C.de ioſ.te. ⁊ i corpe vñ ſumi
tur.ſ.i auc.vt cū de app cog.§. aliō q̄
qꝫ capl̄m.aut nupſit añ illā etatē ⁊ pr̄
p̄ hoc exp̄ſſe ñ exhr̄dauit eā ſz cāz ſubti
cuit ēt eā p̄tereundo i teſtō. ⁊ adhuc ñ
p̄t p̄ hr̄dez filie igratitudo obijci:imo
teſtm̄ euacuare p̄t ex p̄teritiōe.de q̄ tñ
dicēdū vt no.i.l.oimō.C.de ioſ.te. ⁊ in
d.auc.vt cū d̄ ap.co.§.ſi āt hec obſua
ta nō fuerit. Sz dubiū iminet ſi pr̄ eā
exp̄ſſe ob hāc cāz exhr̄dauit. ⁊ Pa.h̄
caſu arbitratur 'illā cāz nō eē ſuficiētē
cū de iure canōico mr̄imonia debeāt
eē liba ab oi coactōe vl̄ pene ipoſitiōe
vt i.c.cū locū. ⁊ i.c.regſiſti. ⁊.c.gēma.
de ſpō. ⁊ i.c.pe. ⁊ fi.de ſecū.nup. ex ꝓ
uiſiōe āt iuris ciuilis nedū ipeditur li
bertas mr̄imōij.i expectādo ꝯſenſu pr̄
nū.imo ēt p̄ſtatur cā mulierib⁹ ad for
nicatōez ꝯmittēdā.cū nō poſſint mr̄i
monialr̄ ꝯiūgi.ſaltē vſqꝫ ad xxv.ānos
ſine igratitudis vicio. ⁊ p̄ hoc optie fa
ciūt notata p̄ Jo.an.i.c.ſtatutū de he
re.li.vi.q̄ vide.j.mr̄imoniū.i.§.xviij. ⁊
in iſtis ſp̄ūalib⁹ ceſſat ois iterdictō le
galis ⁊ ois pēa appoſita. ⁊ ſiqs recte
iſpexerit.dicet hoc nō eſſe ꝯ legez ciui
lez nā in his ſp̄ūalib⁹ ⁊ acceſſorijs itel
ligēda ſūt iura q̄ dicūt ꝙ leges nō de
dignātur imitari ſacros canones vt i
auc.vt cle.apō ſuos ꝓꝓos epos.§. pe.
col.vi.de hoc ēt ē gl.ordiaria i.c.ſi.xxx
ij.q.ij. ⁊ i.c.de raptorib⁹.xxxvi.q.i. ⁊
in vtroqꝫ loco volūt.ꝙ lz filia nupſit ſi
ne.ꝯſenſu pr̄is nihilomin⁹ tñr eā dota
re ſaltē vbi filia ne elegit ſibi idignuz
hoc volūt Archi. ⁊ alij doc. ⁊ bar.i.l.
obligamur.ff.de ac. ⁊ ob.limitat tñ h̄
qñ filia ꝓmiſit dotē ñ valēs alr̄ nube
re q2 ſi īuenit' aliquē cui nupſit ſine do
te ceſſat legis ꝓuiſio.nō'ob.glo. in.c.

cū ſcōz.de here.li.vi.q2 aut nō bñdixit
ꝛ ꝯriū tз gl.i.§.q̄bus ꝟbis.xxxvi.q.ij.
aut ꝓcedit ſolū qñ tollit lucꝝ ꝑ legē ꝺ
latū.ꝛ ita ꝓprie loqt̄.Sз i caſu nr̄o po
nit̄ pēa cū dos ceſſat̄ p̄rimoniū mlie-
ris.vt.l.iij.ff.ꝺ mio.ꝛ ſuccedit loco ali
mētoꝝ iuxta no.i.c.cū h̄ret ꝺ eo q̄ dux
in ma.Itē lt̄ia debet̄ iur̄ nāe.lз q̄ȝtitas
ſeu q̄tt ſit determiata ꝑ legē ciuilē ad-
dit tñ pa.ꝙ caſu q̄ filia pꝰ mortē p̄ris
h̄ret lt̄iaз ſibi ꝺbitā:ſi ē ſufficiēs ad do
tē ꝯſtituēdā iuxta dignitatē ſuā nō pt
agē ꝯ h̄rdē p̄ris ꝛ ꝯſtituēdā ſibi dotez
q2 ceſſat h̄ caſu legis rō.ꝯpellit̄.n.pr̄ ad
dotādā filiā vt iueniat cui nubē poſſit
vt no.bar.i.d.l.obligamur. q̄ rō ceſſat
mortuo p̄re cū ꝯpetat ſibi ius ad lt̄iaз
ꝛ pt dotē ſibi ꝯſtituē.ceſſat.n.remediū
extraordiariū.ex q̄ ꝯpetit ſibi ordiariuз
nec dз h̄re ex bōis p̄rnis dotez ꝛ lt̄iaз
vt i auc.ex teſtō ꝛ.l.filie.C.de colla.hec
pa.ſз dubiū orit̄:q̄d ſi filia ñ nupſit pꝰ
xxv.añū ſз luxuriatur an pr̄ eo caſu poſ
ſit eā exheredare.vr̄ dicendū ꝙ ñ ꝑ ar
gumentū a ꝯrio ſenſu dicti auc.vt cū ꝺ
appel.§.caſs.vbi tex.fac̄ mētionē qñ lu
xuriatur añ.xxv.annū ergo ſecꝰ ſi poſt
maxie cū iſta ꝯſtitutio ſit penalis.ergo
nō extendēda.idez puto dicendū eadē
rōne ſi añ xxv.añū nupſit.lз indigno.
Secꝰ tñ forte eēt dicēdū ſз iura antiq̄
ꝓut recitat.d.alex.de imo.i ꝯſi.icipien
te.Redēptoris nr̄i ꝛc.ꝑncipalis dubi-
tatio vbi dicit ꝙ ſi filia ꝯxit cū infami
vel turpi ꝑſona vel idigna ꝯ p̄ris vo-
lūtatez:ita ꝙ ꝑꝑ h̄ p̄rez vl̄ eiꝰ famā of
fenderet vñ tūc erat iuſta cā exhereda
tiōis.vt.l.iij.§.ſi emancipatꝰ.ff.de bo.
poſ.ꝯ ta.Si tñ nupſit idigno.pr̄ nō te
netur eā dotare:poterit tñ filia hoc caſu
poſt mortē p̄ris petet̄ lt̄iaз ex q̄ q2 nup
ſit idigno.pr̄ nō pt eā exheredare. Rō
aūt q̄re ſi filia nubendo digno ꝓmiſit
dotē.pr̄ teneatur eā dotare. eſt ſз bar.
in.d.l.obligamur.q2 lз pr̄ nō ꝯſenſerit
in tali ꝓmiſſiōe tñ filia ꝑ hāc ꝓmiſſio
nē releuat p̄rez a debito dotādi.ꝛ iō tā
q̄ȝ in rē p̄ris ꝟtatur iſta ꝓmiſſio.tene-
bitur pat̄ de i rē ꝟſo ꝑ tex.i ſili.i.l. ꝛ iō

§.ſi.ꝛ.l.filiꝰ.ff.de in reз verſo. Finis
Uſq̄ȝ ad q̄tū gradū durat ſucceſſio 10
in h̄rditate.Rñ.ñ terminatur.i.iiij.gradu
ſicut q̄ ad ipedimētū mr̄imonij: ſз du-
rat vſq̄ȝ ad decimū.xxxv.q.v.ad ſedeз.
Q̄ ꝺ tñ ſз aliq̄s dr̄ de decio. eo ꝙ vix.
eſt ꝙ memoria vltra extēdatur. ꝛ ſic ꝺ
vlteriori.ꝛ vſq̄ȝ i ifinitū q̄uſq̄ȝ memo-
ria de cognatōe h̄ri poſſit pt intelligi.
q2.d.c.ad ſedē.q̄ ad ſucceſſiōes nō fa-
cit aliquā gradus determinatiōez.
Utrū heredes teneātur ad ꝺbita de 12
functi.dic ſз canones ꝛ ꝯſciaз heres ſi
ue filiꝰ ſiue extraneꝰ tn̄r ad oīa debita
ſiue fuerint ex ꝯtcta vel quaſi:ſiue male
ficio:vel q̄ſi:ꝛ ſiue res ꝑuenerit ad he-
redeз:ſiue ñ:ꝛ ſiue lis fuerit ꝯteſtata:ſi
ue nō.Et hoc tenent Inno.Lau.Jo.ꝛ
Rai.ꝛ h̄ itelligo ſi h̄rditas ſufficiat:q2
ſi nō ſufficeret i iudicio aīe ñ teneretur
ēt ſi ñ feciſſet i uētariū.ſic tñ ꝙ debita
tn̄r ſoluere ſine diminutōe.ꝺ legatis ꝟo
ſi tot ſt̄ ꝙ ñ remāeat ei lt̄ia pōt detra-
here ſuā legitimā:ꝛ iteꝝ q̄rtā ſm quoſ
dam ſit fuit heres inſtitutus de hoc vi
de.j.Legitima.§.xx.
Quis ordo āt ſit tenēdus i ſoluēdo 13
creditoribꝰ aut legatarijs.Rñ. ſз Ray.
ſi creditores ꝛ legatarij ſimul veniāt.
pˀrio eſt ſatiſfactū creditoribꝰ.ſз ſi veni
ant ſeꝑatiз liberat̄ h̄rs ſoluendo ꝑ illū
ordinē quo venerūt:dūtñ nihil faciat
in dolo:ꝛ creditores poſtmōuз venien
tes nō dñt ingetare heredeз:niſi remā
ſerit ei de hereditate.ſз h̄nt ius ſuū ſal-
uum ꝯ legatarios.Si tñ heres ſcit vel
credit vl̄ dubitat ꝙ h̄rditas nō extēda
tur vltra debita.ſiue fuerint ex ꝯtctu ſi-
ue ex maleficio vel q̄ſi nihil dз dare le
gatarijs donec ſatiſfecerit creditoribꝰ
ꝛ idem modus tenendus ē in ſatiſfaci
endo ꝑus creditoribꝰ prioribꝰ ꝛ in iur̄
potioribus.Et ſi h̄rs hūc ordinē muta
uerit primo.ſ.ſoluēdo legatarijs vel ſe
cūdarijs creditoribꝰ prīuſq̄ȝ potioribꝰ
nō ab ſoluitur iforo ꝯſcie.niſi hoc faci
at ignorāter.reputans.ſ. hereditateз
ad oīa ſoluenda ſufficere vel neſciens
hūc eē potioreз creditoreз ſз vl. ꝛ ho.

⁊ no. ꝙ heres pt deducere ante oīa ex-
penſas funeris ⁊ ēt al's neceſſarias q̄s
fecit cā hr̄ditatis. vt i teſtō ⁊ iuentario
⁊ breuiter qn̄ debita totā hereditatem
hauriūt. heres dꝫ eē imunis a lucro ſi-
cut ⁊ a grauamīe. C. ð iure deli. l. ſcim⁹
inuentariū aūt dr̄ ſcriptura quā dꝫ he
res incohare ſꝫ leges infra. xxx. dies a
morte teſtatoris vel poſtq̄ ſcit heredē
ſe eſſe iſtitutū: ⁊ deſcribere ibi oēs res
defuncti ſub teſtib⁹ ⁊ dꝫ illā ꝯficere. j.
lx. vel. j. ānū. ſi remote ſūt res. ⁊ tūc nō
tnr̄ creditorib⁹ vltra qð iuentū fuerit
in hereditate. aliter ſi nō fecerit iuenta
riū. tenebitur iſolidū. d. l. ſcimus. Hoc
itellige in foro ꝯtentioſo. Sec⁹ in foro
aīe. Itē nota ꝙ lꝫ obligatio teſtamen
ti trāſeat ad heredē nō tn̄ ꝑiculū ꝑiu
rij ⁊ hmōi: que nō pn̄t excedere ſingu
larem ꝑſonā ſm Hoſt.

14 ¶ Quid ſi plures ſint heredes. quō
tenentur ad debita vel legata. ℞. regu
lariter qlibꝫ hr̄s tnr̄ ꝓ hereditaria ꝑte
C. de ac. here. l. ij. Excipiūtur. v. caſus.
Primꝰ ſi aliqd ſit in obligatiōe faciē-
di. vl̄ n̄ faciēdi tūc. n. qlibꝫ tnr̄ iſolidū
ff. de ꝟ. ob. l. i executōib⁹. vt ſi teſtōr ꝓ
miſit ſe aliqð op⁹ factuꝝ vl̄ ꝓmiſit ꝑ
ſe ⁊ heredē nō fieri: qmin⁹ ꝑ fūdū ſu
um ire liceat qlibꝫ heredū ad hoc iſoli
dū obligat̄. Scðs ſi res q̄ dꝫ reſtitui in
ſolidū poſſideat̄ ab vno. d. l. ij. ⁊ ff. cō-
mo. l. ſꝫ mihi. §. heres. Terti⁹ i alimen
tis legatis. q2 ꝓ volūtate defūcti vel iu
dicis vel ab vno i ſolidū. vl̄ a plib⁹ ꝓ
ꝑtib⁹ deſignatis petūtur. ff. ð ali. le. iij.
Quart⁹ ſi teſtōr ab vno heredū lega-
uit creditori hereditario ꝯpēſandi aīo
tūc ille hr̄e on⁹ ſuſtinebit vſqꝫ ad q̄ti-
tatē legati. vꝫ vt hr̄s ſoluat ſibi itegrū
legatū vl̄ creditor voluerit legatū. hr̄s
ſoluat ſibi de portiōe ſua tātā q̄titatē
ad quātā aſcendit legatū. ff. de le. ij. cū
ab vno. Quītus i expēſa funeris vxo-
ris q̄ nō tm̄ aſtrīgit hr̄des ꝓ heredita-
rijs portōib⁹. ſꝫ ēt virū ꝓ portiōe q̄ ꝑ-
uenit ad eū de dote vxoris vtputa ſi ꝑ
uenerūt ad eū cētū ⁊ i hr̄ditate ſt ducē
ta. ipe vir tnr̄ ꝓ tertia ⁊ hr̄des ꝓ dua-
bus ꝑtib⁹. vt i. l. veluti. ff. ð re. ⁊ ſū. fu.

¶ Quid ſi heres eſt pupillus: nunqd 15
poterit differri debitoꝝ ſolutio. ꝑtextu
pupillaris etatis. ℞. n̄. C. de acq. here.
l. ſub ꝑtextu. ⁊ ſi heredes vl̄ executores
nolūt ſoluere legata ad pias cās. eps̄ ꝑ
miſſa monitiōe ad hoc cogere dꝫ extra
de teſt. tua. ⁊ c. ioānes. etiā ſi a teſtōre
id cōtigerit interdici.

¶ Heremita. an gaudeat priuilegio 16
clicali. vide. ſ. abſolutio. ij. §. i.

Hereticus: Quid ꝓprie faciat quē
hereticū. dic ꝙ duo. ſ. error in fi-
de ⁊ ꝑtinacia. ⁊ hoc eſt qð dicit. car. in
cle. i. de ſū. tri. ꝙ errās ꝑ ſimplicitatem
nullo mō pt dici heretic⁹. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nec
excōicat⁹ ꝑ ꝟbū ꝑtinaciter poſituꝫ in
d. cle. nā q ꝑ ſimplicitatē errat nō ꝑti-
naciter credit imo talis poſſet mereri.
Pone exēplū. vt q2 aliqs ſimplex au-
diens ꝑ̄dicatōē ſui epi q ꝑ̄dicat aliqd
ꝯ fidē. illð credi aīo obediendi fidei
ꝑat⁹ tn̄ corrigi talis meretur q2 iudica
ex itentōe. ⁊ ēt ſꝫ Inn. q2 hec n̄ ē fides
ei⁹ ſꝫ ſua fides ē fides ecclie. vult dicer̄
ꝙ cū credat hoc q2 credit eccliā ſic te
nere iſerr̄ ꝙ n̄ credit niſi ecclia ſic tene
at. potati⁹ ergo credit ꝙ tꝫ ecclia cū nō
ꝑ̄ciſe in hereat. niſi ſub hac tacita ꝯdi-
tiōe. hoc tn̄ itellige niſi erraret i talib⁹
in qbus nullatenus ignorātia excuſat
vt in his q̄ ſūt de iure naturali.

¶ Quero nūqd dubius in fide ſeu nō 1
credens firmiter ſit heretic⁹. ℞. ſꝫ lau.
aliqn̄ qs nō firmiter credit ex ifirmita
te animi. nō tn̄ ꝑtinaciter i ſiſtit. tūc n̄
eſt heretic⁹. imo ſi recedit ab illa dubie
tate reſiſtēdo ei meret̄. ſi āt ꝑtinaciter
iſiſtit eſt heretic⁹ vt i. c. dubi⁹ de heret
ꝓ hoc eſt caſus ſingularis in. c. dam-
nat⁹. de ſū. tri. vbi nō dānatur Ioachiꝫ
lꝫ dixerit erroneū q2 paratus fuit cor
rigi. ⁊ ſe ſubiecit determinatiōi ecclie.
⁊ ille tm̄ dr̄ ꝑtinaciter ihērere herēſi. q
nō eſt ꝑatus corrigi ad mādatū ſuꝑio
